



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Thomas Ep. M. 29. Decemb.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

19. D E C. *Vita Sanctorum.* 705
nera, quam corpora, plus lactis fundi
quam sanguinis; hunc saxo, illum ca-
pulo frangi; hunc è gladio, illum ab
hastâ pendere, multis teli vicem militis
vultum esse. Dedit tamen poenias ty-
rannus: morborum enim omnium
theatrum factus, eodem anno, cum tot
homicidia parricidio insuper maximi
natū filii cumulasset, vitâ regnoque
excidit, periitque. At prætextata illa
turba cælo scilicet vivit, ridetq; etiam
num tyrannum, quod talis infantes ti-
muerit. Ex Bar. & Saliano.

S. THOMAS. E P., M. 29 Decemb.

Non iam primū sanguine piorum
rigaris Anglia. Iā olim fuso THO-
MÆ cruori fructū debebas, nisi eheu:
sterilitatem hæresis induxisset. Sed ego
ad THOMAM me verto. Adolescens
cum eripere aquis accipitrē laboraret,
ipse iisdem pænè abreptus est. Sed mo-
læ rota exitiū aliás adnatantibus, tuné
sponte suā consistens, THOMÆ scala
fuit. Debebatur scilicet diutius Angliæ
regno, cuius Cancellarius postea creā-
tus à rege est. Paulò post hic insulam
Cantuariensem addidit, quam tanti
THOMAS fecit, ut hanc postea regi
edictis impiis contra Ecclesiam pug-
nanti non dubitarit opponere; quin
solā cruce armatus cum irato congregi.
In illâ pugnâ, ut amat fieri ad trib. in 2.

Xy 5 lla,

706 *Vita Sanctorum.* 29. D E C.

lia, damnatur innocentia ad vincula.
Sed libertas Christiana exilium elegit,
in quod ipsum Rex omnes amicos
THOMÆ egit, ut si non sux, suorum
certe miseria succumberet. Sed his ca-
lamitatibus ille ad martyrium, velut
tyro ad palum, se exercebat. Nec multò
post ipse conspicuus Christus ad pal-
inam invitavit. Ergo redux in Angliam
in templo invaditur. Prodit THOMAS
in amplectus hostium, vetat primò cui-
quam alteri è suis manum injici, ju-
gulum deinde præbet, cadit, & mune-
ris sui neque post mortem oblitus, bene
omnibus è feretro dicit. O nunc iterum
aliquando, THOMA, bene Anglia tua
precare. *Ex Eduardo.*

S. MARCELLVS C. 29. Decemb.

A Pameæ natus MARCELLVS pa-
trem morte puer amisit. In puer
tamen hoc miseri patrem suum inve-
nerunt, cum hereditatem omnem his
cederet. Ephesi quoque quod scriben-
do lucellum sibi parabat, habebat cum
egenis commune. Post verò Abbas
certavit etiam cum Deo liberalitate.
Sed cur hic ab homine vinceretur?
Itaq; cum X. nummos, qui ruri reliqui
erant, omnes erogari in captivos nuper
Episcopos jussisset, mox dono XC. ta-
lenta recepit. Succensuit nihilominus
dispensatori, quod uno retento num-
mo,